

TRIBUNALE DELLA ROTA ROMANA - *Moronen*. (Argentina) - Nullità del matrimonio - Nullità insanabile della sentenza - Decreto - 25 febbraio 2003 - Alwan, *Ponente* (\*)

**Nullità insanabile della sentenza - Incompetenza «ratione gradus» - Condizioni «ad validitatem» per il giudizio «tamquam in prima instantia» ex can. 1683.**

*L'incompetenza «ratione gradus» è di natura assoluta e quindi provoca la nullità insanabile della sentenza (cfr. cann. 1440, 1620, 1°). Il tribunale di appello che, contro il divieto del can. 1639 § 1, giudica in prima istanza una causa connessa con quella appellata incorre nell'incompetenza assoluta. L'eccezione a questa norma, stabilita per le cause di nullità del matrimonio dal can. 1683, richiede, come «condicio sine qua non» per la legittimità del giudizio «tamquam in prima instantia», che il tribunale di appello includa il capo deciso dal tribunale di primo grado nel decreto di «litis contestatio». Senza tale presenza del capo appellato nel decreto di «litis contestatio» viene a mancare la connessione che giustifica la competenza del tribunale di appello sul nuovo capo, e il tribunale di seconda istanza si trova a giudicare soltanto il nuovo capo in prima istanza. Qualora questo tribunale sia esclusivamente di secondo grado (come avviene, ad es., con il Tribunale Nazionale Argentino di Appello e il Tribunale di Appello presso il Vicariato di Roma) la sentenza sarà insanabilmente nulla per incompetenza assoluta «ratione gradus» del tribunale.*

Anno Domini 2003, die 25 februarii, infrascripti Patres Auditores de Turno, in sede Tribunalis Romanae Rotae legitime coadunati, ad definiendam quaestionem praeliminarem: «*Utrum decretum coram Giannecchini diei 18 iunii 1998 confirmandum sit an non, seu an con-*

---

(\*) In B. Bis 20/03. Vide alla fine nota di JOAQUÍN LLOBELL: *Incompetenza assoluta «ratione gradus» per la scissione dell'iniziale capo appellato dal nuovo capo di nullità giudicato «tamquam in prima instantia» ex can. 1683. Sull'utilità della «conformitas aequipollens» per il decreto di «litis contestatio».*

*stet de nullitate sententiae Tribunalis Nationalis Appellationis Argentinii diei 21 augusti 1997, in casu», decretum, quod sequitur, tulerunt.*

A. FACTI SPECIES. — 1. Tribunal Int. Bonaëren. die 18 iulii 1995 sententiam emisit negativam relate ad caput unum nullitatis matrimonii, porrectum a muliere actrice ad petendam declarationem proprii matrimonii, die 10 februarii 1984 initi cum viro convento.

Accusatum caput nullitatis matrimonii erat incapacitas assumendi onera coniugalia ex parte viri conventi.

2. In ipso appellationis actu adversus praefatam sententiam, pro vinculo emissam, Actrix petebat quoque a Trib. Nat. Argentino Appellationis ut nova quattuor capita disceptarentur tamquam in prima instantia, videlicet: *a)* incapacitas assumendi onera essentialia matrimonialia ex parte Actricis; *b)* defectus discretionis iudicii ex utraque parte; *c)* error Actricis circa qualitatem Conventi.

Dubii formula, die 31 iulii 1996 statuta, dumtaxat quattuor nova capita tamquam in prima instantia, omnino omisso capite appellato, recipiebat.

Appellationis Tribunal, die 21 augusti 1997, declaravit constare de matrimonii nullitate tantummodo ex capite incapacitatis assumendi ex parte actricis tamquam in prima instantia et non constare quod attinet ad cetera, nullimode inspecto capite appellato.

3. Transiit causa ad N.A.T., iuxta can. 1682, § 1, in tertio gradu.

Defensor vinculi N.F., die 28 februarii 1998, interposuit querelam nullitatis sententiae secundi gradus Tribunalis Appellationis, ratione incompetentiae absolutae Tribunalis Appellationis ob omissum caput appellatum. Turnus coram Giannecchini, ope decreti diei 18 iunii 1998, declarabat non constare de nullitate praedictae sententiae, ratum habens Ponentis decretum diei 13 martii 1998, quod reiecerat a limine querelam interpositam a Defensore vinculi.

4. Attamen Defensor vinculi, appellationem interposuit die 12 augusti 1998 adversus decretum diei 18 iunii 1998. Exc.mus Decanus, decreto diei 5 novembris 1998, suspendit decisionem mittendi causam ad Turnum sequentem, decernens ut procederetur ad ulteriora ab eodem Turno.

Turnus, vero, coram R.P.D. Erlebach, loco R.P.D. Giannecchini, interea emeriti, decreto diei 24 februarii 1999, admisit causam ad ordinarium examen, ad mentem can. 1682, § 2.

5. Ad perpendendas Defensoris vinculi instantias, ut ex novo videretur quaestio nullitatis sententiae secundi gradus una cum merito causae, Turnus coram Erlebach, ope decreti diei 5 maii 2000 statuit: «Novam tractationem querelae nullitatis sententiae alterius gradus una cum merito causae admittendam non esse, et ad mentem. Mens autem est: Defensor vinculi ius habet appellandi adversus decretum coram Giannecchini diei 18 iunii 1998».

Ita, Defensor vinculi appellavit ad Nostrum Turnum adversus decretum coram Giannecchini. Quare infrascriptus Ponens decrevit quaestionem agendam esse per memorialia. Habitis partium Patronorum memorialibus atque Promotoris iustitiae et Defensoris vinculi votis, Nobis est hodie decernendum de confirmando necne praefato decreto coram Giannecchini diei 18 iunii 1998.

B. IN IURE. — 6. Can. 1634, § 1, tradit mentem ac rationem appellationis in canonicis processibus: «pars ministerium invocet iudicis superioris ad impugnatae sententiae emendationem, adiuncto exemplari huius sententiae et indicatis appellationis rationibus». Exinde, appellatio oritur tantum ut confirmetur antecedens decisio aut, si necessario, infirmetur. Quapropter can. 1639 in processu iudicii contentiosi excludit admissionem novae petendi causae «ne per modum quidem utilis cumulationis». Idem canon, expresse citans can. 1683, legitimam concedit exceptionem quoad matrimoniales tantum causas, ubi fas est addere nova capita. Huiusmodi exceptio datur eo quod, in causis matrimonialibus, habetur processus longior ad ferendam decisionem executivam. Nam, necessariae sunt duae sententiae conformes (cf. cann. 1644 et 1684), dum, in ceteris causis, appellatio non praecipitur et causa transire valet in rem iudicatam, deficiente appellatione (can. 1641).

Exceptio, igitur, data est pro causis matrimonialibus ne tempus teratur atque ne redeatur continuo ad primi gradus tribunal quoties proponatur novum caput nullitatis: at, pariter, absque omissione graduum Tribunalium. Huiusmodi hierarchia iuridica tribunalium absolute requiritur ad processuum validitatem (cf. cann. 1620, n. 1; 1438-1440).

7. Can. 1683, ab ipsa lege citatus ut exceptio, admittit afferri posse nova capita tamquam in prima instantia. Verbum «afferre (novum caput)» supponit existentiam capitis principalis, at, eidem appellato, additur novum caput vel adduntur nova capita. Haec, vero, quamquam acta coram tribunali appellationis disseruntur, per mo-

dum exceptionis, in primo gradu, quin obiciatur gradus tribunalis, quatenus tribunal appellationis iam manus apposuit super caput appellatum et, dumtaxat ex connexione, agit de novo vel novis capitibus allatis tamquam in prima instantia.

Verumtamen, can. 1683 utpote exceptio a lege interpretetur oportet stricto sensu, iuxta can. 18. Hoc secumfert caput aut capita nova allata perpendenda esse ut addita cetero vel ceteris capitibus appellationis, minime sane ut capita primaria et unice illa disserta in prima instantia. Haec, autem, non constituunt novam causam ex se et non forent nisi prosecutio prioris appellationis: «Haec institutio [institutio appellationis] roboratur explanaturque regulis a Legislatore edictis, quae praeterire non possunt litigantes, praesertim cum statuit Codex neminem in prima instantia conveniri posse nisi coram iudice ecclesiastico competenti (cf. can. 1407), vel cum vetat ne novae petitiones cumulentur in appellatione (cf. can. 1639); quae omnia demonstrant quod nequeunt partes pro lubitu competentiam iudicis prorogare» (coram de Lanversin, decretum diei 12 decembris 1990, RRDecr., vol. VIII, pp. 202s., n. 7).

8. Deest appellationis instantia, nisi iudex admittat illam. Absente decreto admissae appellationis, notificatio aut litis contestatio substituunt illam admissionem, statuentes naturam ac gradum processus appellationis: «quia essentia iudicii in contradictorio est» (coram Serrano, decretum diei 1 iulii 1988, *ibid.*, vol. VI, p. 159, n. 5). Contestatio litis, iuxta Wernz-Vidal, gignit effectus et, quidem, quosdam processuales et quosdam substantiales. Primus effectus processualis: «quod per ipsam *determinatur* fixa quadam ratione *obiectum* iudicii; et inde determinantur limites instantiae, processus et sententiae, quae debet esse conformis libello secundum determinationem quam hic accepit in litis contestatione» (F.X. Wernz S.I. — P. Vidal S.I., *Ius canonicum*, vol. VI: *De processibus*, Romae 1927, p. 347, n. 404), sed primus effectus substantialis: «quod ab ipsa dependet natura sententiae, quae ferri debet de re controversa, cuius determinatio processualis fit per litis contestationem. Quare si dicitur sententiam debere esse conformem libello, id intelligitur de petitione facta in libello secundum limites et determinationem quam accepit in contestatione» (*o.c.*, p. 349, n. 405).

Quapropter, fit, in dubio concordato, definitio veri gradus iudicii et obiecti iudicii. Quando, in huiusmodi dubii formula, deest obiectum eiusdem pro novo examine antecedentis sententiae, abest

iudicium appellationis: deest, enim, iudicium primi gradus. Ipse can. 1639, excludens quod afferatur nova petendi causa, habet momentosam dubii formulam, quatenus ista contineat oportet modo exclusivo confirmationem vel minus sententiae antecedentis: «litis contestatio in eo tantum versari potest, ut prior sententia vel confirmetur vel reformetur sive ex toto sive ex parte». Si dubii formula tacet de confirmanda an reformanda antecedenti sententia, iudicium minime censi potest tamquam in gradu appellationis et, consequenter, tribunal est incompetens.

9. Verum est can. 1683, admittentem possibilitatem afferendi novam petendi causam nullitatis matrimonialis, minime statuere, in similibus, modum agendi apud tribunal appellationis et utrum idem tribunal valeat etiam omittere caput vel capita appellata necne. Attamen, canon praesumit tribunal gavisum iam fuisse competentia ex accepta appellatione vel proprio decreto admissae appellationis vel inserto capite appellato in formula dubii.

Competentia, ita, effecta, iudex, tempore processus, oeconomia processuali et animarum salute attentis, potest plene ducere suam inquisitionem necnon decisionem circa unum vel plura dubii capita magis probata aut circa quae responsum videatur clarum, omissis ceteris concordatis capitibus.

Praefatus agendi modus stat etiam quando tribunal appellationis admittit novam causam petendi pro nullitate matrimonii, iuxta can. 1683, et agit tantum de illa, praevia condicione sine qua non quod appellatum caput sit in dubio; secus iudicium haud censetur peractum in gradu appellationis.

10. Similiter fieri potest quando, perdurante processu, alterutra vel utraque pars renuntiat uni aut pluribus capitibus nullitatis, ab ipsis allatis in iudicio, iuxta cann. 1524-1525.

At, can. 1524, § 3, sancit quod: «renuntiatio, ut valeat, peragenda est scripto»; deinceps, eadem «a parte vel ab eius procuratore, speciali tamen mandato munito, debet subscribi»; imo, «cum altera parte communicari» necnon «ab eaque acceptari vel saltem non impugnari» et, tandem, «a iudice admitti».

Haec renuntiatio occurrere valet tam ante litis contestationem quam postea. In casu appellationis et allatae novae causae, prouti supra notatur et ut renuntiatio uni capiti appellato sit valida, appellatio oportet sit iam accepta atque tribunal iam apposuerit manum in causam, tunc tantum valide renuntiari capita queunt. Ast, si caput ap-

pellatum haud fuerit admissum in dubio, tribunal adhuc caret qualibet competentia appellationis in causam.

11. Ecclesiastica fora praeter suas divisiones, diversas ob rationes, dividuntur quoque ratione gradus (cann. 1438-1439); eorumque autem divisio constituit competencias absolutas: « Si competentia ratione gradus, ad normam cann. 1438 et 1439 non servetur, incompetencia iudicis est absoluta » (can. 1440).

Ratio gradus secumfert iudicem primi gradus carere competentia videndi aliquam appellationem et e contra. Absoluta incompetencia iudicis efficit sententiam ut nullam insanabili nullitate, iuxta can. 1620, n. 1.

C. IN FACTO. — 12. Hac in causa, lata sententia negativa primi gradus iudicii, ob caput incapacitatis assumendi onera coniugalia ex parte viri conventi, Actrix appellavit ad Trib. Nationale Appellationis Argentinae, expostulans ut acciperentur quattuor nova capita, iuxta can. 1683.

Deest, in actis, quaelibet probatio quod Appellationis Tribunal admiserit appellationem; ast habetur probatio acceptationis quattuor novorum allatorum capitum, quae posita sunt in dubio.

Mulier actrix expresse egit de appellatione atque de capite appellato una cum ceteris capitibus: « Que por la presente vengo a apelar el fallo de la sentencia definitiva dictada el día 18 julio de 1995... Se ofrecen los siguientes medios probatorios para que en grado de apelación sean producidos correspondientes al capítulo de nulidad apelado, como a los nuevos capítulos de nulidad matrimonial introducidos ». Ast Ponens omnino omisit quamlibet iuridicam admissionem appellationis, dum accepit novam petendi causam. Deest, enim, quodlibet decretum acceptationis appellationis tamquam appellationis; immo deest in dubio quoque introductio capitum appellati. Legitur in ipso dubii decreto quod accepta est causa et nova causa petendi, dum minime dicitur quod appellatio accepta fuerit: « Vista la admisión de la causa en cuestión en el Tribunal de Segunda Instancia y ... El infrascrito Juez y Ponente decreta fijese el dubio en... ». Inde, sequuntur tantummodo quattuor nova capita, omisso capite appellato. Hoc ex decreto, usque in finem processus cum sententia deest quaelibet significatio quod Collegium trium iudicum intenderit definire caput appellatum.

Factum omittendi appellatum caput, in dubio, secumfert Tribunal velle tantum agere de novis capitibus allatis tamquam in primo

gradu, non autem tamquam in prima instantia apud Tribunal secundi gradus, sed in prima instantia, veluti in quolibet tribunali primi gradus.

13. Ne ullum quidem indicium prostat ex processu secundi gradus quod appellatum caput fuerit obiectum instructoriae et ne inter obiecta quidem sententiae.

In eiusdem facti specie, legitur quod instantia progressa est super dubio statuto: «En esta instancia la causa fue abierta a trámite ordinario el 31 de julio de 1996, fijándose el dubio de la siguiente manera». Rationes sententiae respiciunt nova quattuor capita absque de capite appellato verbum fiat et idem habetur in parte dispositiva.

14. Clarum est can. 1683 haud definire modum statuendi obiectum litis, sed appellatum caput opus est ut inseratur in formula dubii, quamquam dein non perpendatur. At, si resecatum a dubio atque neque, postea, disceptatum, habetur veluti absens illo in gradu processuali.

15. Decretum diei 18 iunii 1998, coram R.P.D. Gianneccchini, ad Nostrum Turnum appellatum, attulit eadem argumenta relata, in propriis votis, a Promotore iustitiae N.F., scilicet quod can. 1683 admittit introductionem novorum capitum nullitatis matrimonialis «et quidem absque limitatione aut condicione» (decr. appellatum, n. 3). Idem decretum pergit: «Etiam pars actrix decursu processu alterutro capiti nullitatis ad normam legis abdicare potest (cfr. cann. 1524-1525), sed, cum causa in gradu appellationis iam radicata sit, nullo iure, ex hypothesi, retrotrahi posset ad primam instantiam, quia eam “tamquam in prima instantia” (can. 1683) iudex procedit ac iudicare debet; in casu ulterioris appellationis ad tribunal tertii gradus recurrendum est, sicut nostro in casu accidit, quia revera iam in secundo gradu pertractata est» (*ibid.*).

Supra notatur, in iure, quod, tempore processus, est possibile renuntiare alicui capiti ante litis contestationem, sed non capiti appellato in casu, secus Tribunal omittit suam appellationis competentiam.

Dein, in actis, desunt argumenta innuentia Actricem renuntiasse capiti appellato. Ponens, vero, statuit dubium, omisso appellato capite.

16. Legitur in praefato decreto coram Gianneccchini: «Non ex coesistenza capitis nullitatis iam in primo gradu iudicati cum capitibus noviter inductis competentia iudicis et validitas sententiae secundi gradus desumitur, sed ex vi legis et natura tribunalium» (*ibid.*,

n. 3). Certum est tribunalium competentiam oriri ex iure et natura ipsa tribunalis, ast patet tribunalia, quae vident causas extra suam competentiam, pronuntiare sententias nullas ratione incompetentiae.

17. Tribunal Appellationis Nat. Bonaëren., tam in processu quam in sententia diei 21 augusti 1997, pertractavit quattuor nova nullitatis matrimonii capita in primo gradu. Praefatum, autem, Tribunal est Appellationis Tribunal; unde eidem non est legitima competentia tractandi illa capita sine connexione cum capite appellato, ex quo oriebatur necessaria competentia agendi in primo gradu. Ideoque, carebat iuridica competentia, ratione gradus, atque, consequenter, probata sententia citata vitiatur insanabili nullitate, iuxta can. 1620, n. 1.

18. Quibus omnibus, in iure et in facto, expositis, attente perpendis atque consideratis, infrascripti Patres propositis quaestionibus respondendum esse censuerunt, uti et de facto respondent: *Negative, seu decretum diei 18 iunii 1998 reformandum esse, ideoque constare de nullitate sententiae Tribunalis Nationalis appellationis Argentini diei 21 augusti 1997.*

Romae, in sede Rotae Romanae Tribunalis, die 25 februarii 2003.

Ioannes G. Alwan, *Ponens*  
Iordanus Caberletti  
Angelus Bruno Bottone

---

**Incompetenza assoluta «ratione gradus» per la scissione dell'iniziale capo appellato dal nuovo capo di nullità giudicato «tamquam in prima instantia» ex can. 1683. Sull'utilità della «conformitas aequipollens» per il decreto di «litis contestatio»**

1. *Fattispecie.*

Nella prima istanza della causa ora commentata<sup>(1)</sup>, il Tribunale interdiocesano di prima istanza di Buenos Aires dichiarò (18 luglio 1995) «*non constare de nullitate matrimonii in casu*» in un processo

---

<sup>(1)</sup> Cfr. ROTA ROMANA, *coram* Alwan, decreto, 25 febbraio 2003, *Moronen. (Argentina), Nullitatis matrimonii; Nullitatis sententiae, vide supra.*



in cui la sposa aveva chiesto la dichiarazione di nullità del matrimonio *ex can. 1095, 3°* per incapacità dello sposo convenuto. La parte attrice impugnò la sentenza presso il Tribunale Nazionale Argentino di Appello, la cui sede è anch'essa a Buenos Aires. Il libello di appello chiedeva che il tribunale di secondo grado giudicasse — oltre il capo appellato <sup>(2)</sup> — quattro nuovi capi di nullità « *tamquam in prima instantia* » *ex can. 1683*: 1) incapacità di assumere dell'attrice *ex can. 1095, 3°, 2-3*) difetto di discrezione di giudizio in entrambi i coniugi *ex can. 1095, 2°* e 4) errore dell'attrice circa le qualità dello sposo (cfr. *can. 1097 § 2*). Secondo la decisione *coram Alwan* (25 febbraio 2003) il decreto di *litis contestatio* (cfr. *cann. 1513 e 1640*) dato dal Tribunale Nazionale Argentino di Appello contemplava soltanto i quattro nuovi capi, senza alcun riferimento al capo deciso dal tribunale di prima istanza contro la cui sentenza la parte attrice aveva formalmente appellato. In realtà, si potrebbe sostenere che il decreto di *litis contestatio* del Tribunale Nazionale Argentino di Appello accennasse esplicitamente, quantunque in modo non troppo palese (ancora una volta si percepiscono le conseguenze problematiche di Babele...), al capo deciso in prima istanza: « *Vista la admisión de la causa en cuestión en el Tribunal de Segunda Instancia* » (decreto *coram Alwan*, 25 febbraio 2003, n. 12). Comunque, la sentenza del Tribunale Nazionale Argentino di Appello (21 agosto 1997) dichiarò nullo il matrimonio per il primo dei nuovi capi (incapacità dell'attrice *ex can. 1095, 3°*) e negò la nullità per gli altri tre nuovi capi, senza alcun cenno esplicito al capo giudicato dal tribunale di prima istanza.

La prima sentenza *pro nullitate matrimonii* (quella del tribunale di appello) fu inviata *ex officio* al giudice competente a norma del *can. 1682 § 1*: a quello « superiore » *ad quem*, il quale, giacché il tribunale *a quo* era di secondo grado, non poteva essere se non di terzo grado (la Rota Romana). D'altra parte, trattandosi di una sentenza *pro nullitate matrimonii* di prima istanza, anche se emessa *ex can. 1683* da un tribunale di secondo grado, la Rota Romana avrebbe potuto applicare anche il § 2 del *can. 1682*: sarebbe stato legittimo infatti confermare tale sentenza con un semplice decreto. Sennonché, prima che il turno rotale decidesse se confermare la sentenza con decreto o

---

(2) Infatti il libello di appello conteneva esplicitamente l'impugnazione della sentenza di prima istanza: « *por la presente vengo a apelar el fallo de la sentencia definitiva dictada el día 18 julio de 1995* » (decreto *coram Alwan*, 25 febbraio 2003, n. 12).

rinvia la causa all'esame ordinario, il difensore del vincolo del Tribunale apostolico interpose querela di nullità contro la sentenza del Tribunale Nazionale Argentino di Appello. Infatti, il pubblico ministero ravvisava l'incompetenza assoluta del tribunale di secondo grado che aveva giudicato in prima istanza senza alcun riferimento al capo appellato. Il presidente-ponente del collegio rotale (M. Gianneccchini) respinse *in limine* la querela di nullità; in seguito al ricorso del difensore del vincolo, il turno confermò detta reiezione poiché, pronunciandosi sul merito della querela, considerò formalista l'eccezione d'incompetenza: sia perché tutti i capi di nullità riguardavano il can. 1095 (cosa che non è completamente precisa in presenza della domanda di nullità del matrimonio *ex can. 1097 § 2*), sia perché il tribunale di appello era stato legittimamente adito dalla parte soccombente e si era comportato sempre come tribunale *di appello* (di seconda istanza) che giudicava i nuovi capi «*tamquam in prima instantia*» *ex can. 1683*, come è dimostrato dall'invio *ex officio*, *ex can. 1682 § 1*, alla Rota Romana (in quanto tribunale di terza istanza) della prima sentenza *pro nullitate matrimonii* emessa dal tribunale di secondo grado<sup>(3)</sup>.

Il difensore del vincolo rotale appellò il decreto *coram* Gianneccchini al turno superiore. Ciononostante il Decano della Rota sospese l'invio della causa al turno successivo e decise che il turno *coram* Gianneccchini procedesse ad ulteriora. Nel frattempo il Ponente Gianneccchini andò in pensione e fu sostituito da G. Erlebach come nuovo membro del collegio e ponente della causa. Il turno, esaminata la causa a norma del can. 1682 § 2, non considerò opportuno confermare mediante decreto la prima sentenza *pro nullitate matrimonii* e rinviò la causa all'esame ordinario. Il difensore del vincolo insistette affinché la querela di nullità contro la sentenza del tribunale di appello argentino fosse giudicata come questione incidentale assieme al merito della causa (cfr. can. 1589 § 2). Il turno *coram* Erlebach respinse la proposta di tale cumulo, ma riconobbe il diritto del pubblico ministero di appellare il decreto (18 giugno 1998) del medesimo turno, quantunque il ponente fosse Gianneccchini, presso il turno superiore. Questo secondo turno rotale, con il decreto *coram* Alwan ora annotato, ha accolto la querela di nullità interposta dal difensore del vincolo.

---

(3) Cfr. ROTA ROMANA, *coram* Gianneccchini, decreto, 18 giugno 1998, *Int. Bonaëren. seu Moronen.*, *Nullitatis matrimonii; Inc.: null. sent.*, B. Bis 54/98.

2. *Differenza sostanziale fra le diverse fattispecie di scissione dell'iniziale capo appellato dal nuovo capo di nullità giudicato «tamquam in prima instantia» ex can. 1683: errore o dolo da parte del tribunale di appello.*

La scissione presso il tribunale di seconda istanza del nuovo capo introdotto in grado di appello da quell'altro capo iniziale, giudicato dal tribunale di prima istanza e impugnato, non è una fattispecie inedita, quantunque sia abusiva, nella prassi canonica recente. Infatti la Segnatura Apostolica ha condannato (ad es. nel 1993 e nel 1995) detta dissociazione delle cause operata da qualche tribunale di appello<sup>(4)</sup>.

Nei citati casi criticati dalla Segnatura la modalità della scissione — operata da parte del tribunale di seconda istanza fra il capo appellato e il nuovo capo introdotto *ex can. 1683* — era molto diversa da quella riscontrabile nella fattispecie argentina che esaminiamo. Infatti, le cause oggetto dell'attenzione del Supremo Tribunale avevano sempre diversi elementi comuni: *a*) la sentenza del tribunale AA di prima istanza era «*non constare de nullitate matrimonii in casu*» (il tribunale AA dichiarava in altre occasioni «*constare de nullitate matrimonii in casu*», ma in queste cause il tribunale di appello BB confermava sempre sollecitamente con decreto la nullità del matrimonio, senza che mai fosse aggiunto un nuovo capo in seconda istanza); *b*) dopo l'appello della parte attrice (alla sentenza *pro validitate vinculi* non è applicabile l'invio *ex officio* di cui al can. 1682 § 1), questa introduceva un nuovo capo di nullità del matrimonio (normalmente *ex can. 1095, 2° o 3°*) presso il tribunale BB, il quale, dopo l'ammissione del nuovo capo, procedeva alla sua scissione formale dal capo appellato, affidando la trattazione di ogni capo a turni diversi, senza la pur minima resistenza da parte del difensore del vincolo né della parte convenuta (assistita da un patrono nominato *ex officio* dal tribunale BB); *c*) la sentenza sul nuovo capo introdotto presso il tribu-

(4) Cfr. SEGNAURA APOSTOLICA, *Decreto*, 12 luglio 1993, can. 1683, in *Direito e pastoral*, 8/31 (1994), pp. 67-69; ID., *Decreto particolare*. «*Nullitas matrimonii*». *Cann. 1095, 2° e 3°, 1432, 1440, 1444 § 1, 2°, 1445 § 3, 1°, 1620, 1°, 1683*, 17 maggio 1995, in *Ius Ecclesiae*, 8 (1996), pp. 819-821; F.J. GUIMARÃES, *A hierarquia dos Tribunais e o julgamento de novo capítulo introduzido em segunda instância nas causas matrimoniais*, in *Direito e pastoral*, 8/31 (1994), pp. 53-66; il nostro *Il tribunale competente per l'appello della sentenza di nullità del matrimonio giudicata «tamquam in prima instantia ex can. 1683»*, in *Ius Ecclesiae*, 8 (1996), pp. 689-711.

nale di appello BB era sempre *pro nullitate matrimonii* e il tribunale BB (che oltre ad essere tribunale di appello era anche tribunale di prima istanza) lo inviava sempre sollecitamente *ex officio* al suo tribunale locale di appello (CC), giacché perno della complicata manovra del tribunale BB era proprio quello di evitare che la causa fosse introdotta presso la Rota Romana; *d*) il tribunale CC confermava senza indugio (nel rispetto formale del diritto di difesa della parte convenuta), sempre con decreto *ex can. 1682 § 2*, la nullità del matrimonio dichiarata «*tamquam in prima instantia*» dal tribunale BB, per cui le parti erano considerate libere di celebrare un nuovo matrimonio canonico. La denuncia alla Segnatura Apostolica di questa prassi illegittima proveniva dal tribunale di prima istanza AA, non dalla parte convenuta, la quale era materialmente disinteressata alla causa e formalmente assistita da un patrono nominato *ex officio* da parte del tribunale BB soltanto con la sua tacita approvazione.

La Segnatura ha affermato, sia l'illegittimità della scissione delle cause da parte del tribunale BB, sia la derivata incompetenza in cui veniva a trovarsi il tribunale BB nei confronti del giudizio di prima istanza sul nuovo capo di nullità separato da quello appellato, poiché il tribunale BB non possedeva sul nuovo capo alcuno dei titoli di competenza in prima istanza di cui al can. 1673. Peraltro il Supremo Tribunale riconosceva che tale incompetenza era soltanto relativa, in quanto il tribunale BB (oltre a tribunale di appello del tribunale AA) era tribunale di prima istanza per le cause di nullità del matrimonio della diocesi BB. Ne scaturisce che non si configurava una fattispecie di incompetenza assoluta né *ratione materiae* (il tribunale BB è competente per le cause di nullità del matrimonio), né *ratione gradus* (il tribunale BB — pur essendo assolutamente incompetente in seconda istanza — in prima istanza era solo relativamente incompetente per le cause del tribunale AA, essendo competente per le cause della sua diocesi a norma del can. 1673). Di conseguenza, la dolosa scissione del nuovo capo — per evitare di dover inviare la causa al tribunale competente *ex can. 1683*: uno di terza istanza, in pratica la Rota Romana<sup>(5)</sup> — non comportava alcuna sanzione sulla validità

---

<sup>(5)</sup> Cfr. K. LÜDICKE, *Zuständigkeit aufgrund des Instanzenzuges. Bemerkungen zu einem Dekret der Rota Romana*, in W. AYMANS-S. HAERING-H. SCHMITZ (a cura di), «*Iudicare inter fideles*». *Festschrift für Karl-Theodor Geringer zum 65. Geburtstag*, Sonderdruck, 2002, pp. 265-271.

della pur illegittima sentenza del tribunale relativamente incompetente, potendo soltanto essere puniti i giudici e il difensore del vincolo del tribunale BB e, forse, di quello CC (nella misura in cui fosse provato che i suoi membri erano consapevoli di agire sostanzialmente in terza istanza, anche se formalmente il loro intervento era impostato come di seconda istanza) (cfr. can. 1457).

